

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Boite_007 | Onanisme. Perfectionnement de l'espèce. Police médicale allemande et anglaise.](#)[Collection Boite_007-8-chem | \[Annotation de D. Defert : Notes sans chemise concernant médecine allemande, perversions sexuelles\]](#)[Item](#)[Carl Theodor Groddeck. De morbo democratico, nova insaniae forma \[photocopie\]](#)

Carl Theodor Groddeck. De morbo democratico, nova insaniae forma [photocopie]

Auteur : Foucault, Michel

Présentation de la fiche

Coteb007_f0389

SourceBoite_007-8-chem | [Annotation de D. Defert : Notes sans chemise concernant médecine allemande, perversions sexuelles]

LangueFrançais

TypeFicheLecture

Personnes citées[Groddeck, Carl Theodor](#)

Références bibliographiques[Groddeck, De morbo democratico, nova insaniae forma](#)

RelationNumérisation d'un manuscrit original consultable à la BnF, département des Manuscrits, cote NAF 28730

Références éditoriales

Éditeuréquipe FFL (projet ANR *Fiches de lecture de Michel Foucault*) ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle).

Droits

- Image : Avec l'autorisation des ayants droit de Michel Foucault. Tous droits réservés pour la réutilisation des images.
- Notice : équipe FFL ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR).

Notice créée par [équipe FFL](#) Notice créée le 22/07/2020 Dernière modification le 23/04/2021

= 30 =

scientiae subjecti et relationis ad objectum (d. Nicht-
ich). Nonq; nationes multas, id est seorsimq; al-
muli. Nolo hic de relatione istius conventus ad civitatem
Borussicam verba facere, nam fines competentias poten-
rant, praetermitti; nec pericula belli Europae memine-
rim, quod necessario insequi debebat, etenim id quoque
aut hebetudinem fugere, aut singulis viris gratum esse
poterat; dicam modo, plane fieri non potuisse, id quod
vel stultissimo cuique patere deberet, ut subjectum con-
ventus cum objecto urbis Viennae istam auxiliandi ra-
tionem injre posset. Nihilominus conventus tale consi-
lium cepit, et orbi terrarum spectaculum dedit, unum
omnium maxime mirabile. Quod concii egerint, qui
hoc consilium provocabant, id rem ipsam non immutari
et singulare modo est signum universalis status mor-
bos. Spectaculum consiliorum insanorum duntaxat de-
clarat, alium pathologicum ductum totum hoc tempus
permeare, qui generalia aequa ac singularia vi inex-
perabili secum abripiat. PROGNOSIS.
Ex his, quae attingimus, facile possit concludere,
recreationem isto ex statu vix sperandum esse. Nihilo
minus prognosis in universum non ita infausta. In
parte hujus opusculi generali, jam docimus, illam ex
modo temporis maxime suspensam esse, quo imagina-
tiones insaniam gignentes ad nosmet ipsos promovendos
indigeant, et ex affinitatis intercedentis gradu. Morbus
inde spectatus ostendit, massas illas imaginatorias, re-

- 31 -

pentes in nationem intimam (in das Ich der N.) con-
jectas, eam celeriter occupasse et toti ejusdem comple-
xum imaginatorio, paeno, nulla ratione cognatas esse,
namque in multitudine nationis nulla reipublicae con-
denda desideria; tota tuis historia omnino est monar-
chica. Proinde jam prognosis morbi tamquam nationalis
est laeta, nec magis potentiae morbum directe provoca-
entes ac sustentantes longiori ejus spatio fayent. Et
enim (nus) liberalis externae ardenter terminos (in se
ipso) fert, et aemulatio ardenter potest, sane homines
in turbine secum abripere ordinemque rerum vehemen-
ter conquassare; semper autem excitati fines nichil met
ipsi omnino alieni sunt, qui quidem aliquamdiu vi quan-
dam externa inferuntur, resuscitatis vero commodis pro-
priis serius rejiciuntur.

CURA.

Ex rerum causalium pensitatione indicationes quo-
que generis therapiae redundant, qua morbus tractandus.
Ante quamvis vitae actiones, quae ipsi agroto ac
totalitate societatis pericula parant, inhibendas sunt, quod
vi et externa consequimur, et interna, quam me-
ritus, ne commoda laedantur propria, exerceat. Haec cu-
rari pars negativa, quamvis necessaria est efficacissima
sit, sola tamen ad perfectam valetudinem restituendam
haud sufficit, quum hic illa Grammaticorum regula, du-
plicem negationem valde affirmare, locum non habet;
Semper therapia potius positiva adjungi debet, quae in
lege antagonismi sita, excitandis ei promovendis cogi-

